



1095.

1616  
157  
17

DISCEPTATIO  
CONTROVERSARUM  
Positionum  
JURIS LEGALIS & FEUDALIS,

Quam  
D. A.

PRÆSIDE


Dn. Christiano Krembergero

J. U. D.

*Ventilandam publicè exhibet*

JOHANNES COLBIUS Saganâ Silesius,

Ad diem 12. Aprilis horis matutinis  
in Auditorio Jctorum.



VUITTEBERGÆ

Typis Iohannis Gormanni

---

ANNO M. DC. XVI.





DISCETTATIO  
CONTROVERSARUM

Johannium  
Johannis & Philippus

Dr. Christianus Knippenberg

Johannes & Philippus

QUI TERTIO  
Typis Johannis Gornum

ANNO MDCXVI







# POSITIONUM LEGALIUM PRIMA



Ricium illud & vulgatum, quod tria sint juris objecta. De Actionibus, ut in institutionibus definiuntur, non minima dubitatio habetur. Sed distinctione adhibita hoc ipsū expediem⁹.

II. Res omnes in patrimonio nostro vel extra illud sunt: tertium verò qui addunt membrum graviter errant.

III. Tres species Dominij esse per multi autumant; verum quam verè in discussione videbimus.

IV. Principes mortis supplicio venationes vindicare solent: de hujus æquitate anxie quaeritur, quæ sub distinctione optumè dari poterit. Vide Harp. in §. 12. & 13. n. 304. cum seq. Instit. d. R. I.

V. Bonæ fidei possessor, qui rem alienam esse cognovit, de restitutione fructuū à cognitione perceptorum tenetur, l. 23. §. 1. l. 40. l. 48. §. 1. ff. de acquir. R. D.

VI. Servitus, quæ prædio dominantis semper inutilis est: constitui nequit l. 15. ff. de servit. l. 6. §. 1. ff. de serv. præd. rust.

VII. Genus Ususfructus remotum est jus: proximum verò servitus personæ l. 1. ff. de serv.

VIII. Ususfructuarius jus sibi constitutum alienare non potest, l. 66. ff. de iure dot.

IX. Dividunt DD. Ususfructum in causalem & formalem, sed pessimè.

X. Idone ususfructus definitio vitiosa, quia non competit quasi usufructui? N.

XI. Habitatio est servitus personalis §. fin. Inst. de usu & habit.

XII. Bono publico usucapio introducta est. Quare injustus non est acquirendi modus Ant. Matthei in colleg. Instit. disp. 7. thes. 7.



- XIII. Usucapio est adjectio, acquisitio: Sin verò accuratè foret loquendum est civilis acquirendi modus, §. fin. Inst. de usu & habit.
- XIV. Res pupillares, à pupillo sine auctoritate tutoris distraeta, usucapi nequeunt l. ult. C. de usucap. pro empt.
- XV. Suo de jure dubitans bonam fidem non habet, l. 32. §. 1. ff. de usucap.
- XVI. Donatio in genere considerata rectissimè definitur, quod sit actus, quo quis donum in aliquem legitimè confert liberalitatis exercendæ gratia.
- XVII. Simplex donatio inter virum & uxorem jure civili est prohibita; Verum juramento si sit firmata, an valeat, quæstionis est? Quod contra DD. negamus, per l. 15. ff. de condit. inst. l. 5. C. d. LL. l. 7. §. 16. ff. de pact.
- XVIII. Simplici donatione universa quis bona sua alienare potest, l. 17. §. 1. ff. Quæ in fraud. cred. l. 35. §. 4. C. de donat.
- XIX. Donationem nudo consensu factam non contractum, non acquirendi dominij modum; sed legitimum pactum esse asserimus l. 6. ff. de pactis.
- XX. Donatio mortis causa inter conjuges prohibita non est, l. 9. §. fin. ff. de don. inter vir. & uxor.
- XXI. Testamentum origine juris civilis est, l. fin. ff. de Jur. Codic.
- XXII. Testamentum debet fieri uno contextu l. 21. §. fin. ff. qui test. fac. poss. Propterea contractus in testamento celebrari non potest.
- XXIII. In testamento pestis tempore condito septem testes requiruntur, l. 8. C. de testam.
- XXIV. Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est, inquit Imperator in §. 6. Inst. de testam. ordin. quæritur itaque an hic §. tam de activâ, quam passivâ testamenti factio sic intelligendus? Quod affirmamus.
- XXV. Institutus sub possibili conditione, ea adhuc pendente, non potest adire hereditatem, l. 1. l. 2. C. de Instit. sub condit.
- XXVI. Milites limitanei testantur jure militari, Clariss. Forsterus Præcept. nost. percol. lib. 2. tract. ad Inst. disp. 12. thes. 10.
- XXVII. Pupillaris substitutio est substitutio, qua pater sibi testamentum faciens, liberis suis impuberibus, quos patriâ in potestata-



testate habet, heredem instituit in casum, quo iidem impuberes  
sui juris decesserint *Dn. Bocerus Clas. 3. disp. 5. thes. 45.*

XXIIX. Sequitur itaque matrem liberis substituere nō posse.

XXIX. Filio verò exheredato à patre rectè substituitur, §. 4. *Inst. de pupil. subst.*

XXX. Substitutio facta in tempus, quo filius desinit esse impu-  
bes, ex causa fideicommissi non valet, §. ult. *Inst. de pupil. subst.*

XXXI. Legitimam, quam hodiè solo institutionis titulo relin-  
quimus, juri civili adscribendam esse ceusemus *per ea quæ habet,*  
*Clarif. Dn. Forster, lib. 2. tract. ad Inst. disp. 13. thes. 21.*

XXXII. Suitatem agnationis speciem non esse defendere co-  
nabimur *per §. 2. l. fin. C. de Codic.*

XXXIII. Exheredatio siquidem adimit filio hereditatem.  
Quare is nec heres dici poterit, ac per consequens neque suus he-  
res, l. 3. §. 2. ff. de Lib. & post.

XXXIV. Incertis personis, quæ ex eventu certæ fieri possunt,  
legari possumus §. 27. *Inst. de Leg.*

XXXV. Conjuncti verbis re conjunctis sunt præferendi, l. 89.  
ff. de Legat. 3.

XXXVI. Inter successionem ex testamento & ab intestato sunt,  
qui tertiam comminiscuntur speciem, quod improbamus *per §.*  
*fin. Instit. per quas pers. cuiq. acquir.*

XXXVII. In gradu ascendentium non habetur ratio ex qua li-  
nea bona ad liberos pervenerint: sed in illis æqualiter ascenden-  
tes succedunt, *Nov. 118. c. 2.*

XXXIIX. Arma & equos, item liberos, expensas studiorum &  
sumptus doctorales coheredibus conferre non tenemur, l. 4. C.  
*fam. hercis. l. 50. ff. eod. l. ult. C. de collat. l. 1. §. 15. ff. eod.*

XXXIX. Mutuum, quod Juri dictum volunt quasi ex meo  
tuum fiat, in panibus etiam consistit, l. 2. §. 1. *de reb. cred.*

XL. Commodatarius, si rem commodatam deterioravit, ipsam  
rem cū precio deteriorationis restituere tenetur, l. 3. §. 1. ff. *commod.*

XLI. In genere res omnes, exceptis iis, quarum dominus est  
propriarius, deponi possunt. In speciale depositum res saltem  
mobiles veniunt. Sequestrantur verò tam mobiles, quam immo-  
biles, c. *examinata 15. extr. de Indic.*

XLII. Sequestrum quod in jure nostro non improbatur, speci-

A 3 em



em depositi proprie esse contra Mart. Schikhardum demonstra-  
bimus, per l. 17. §. 1. ff. depositi.

XLIII. Minus recte tamen ab interpretibus in Voluntariam &  
Necessariam dividitur; Boc. Clas. 2. disp. 11. thes. 17.

XLIV. Ex faciendi stipulatione, quis precise non tenetur, sed  
sufficit si praestet interesse, l. 71. l. 81. in pr. & §. 1. ff. d. v. v.

XLV. In delictis gravioribus & corporis poenam ingerenti-  
bus fidejussor regulariter non admittitur, l. 3. ff. de cost. & exhib. reor.

XLVI. Fidejussor, qui se in majorem summam, quam principa-  
lis, obligavit, in competentem tenetur, l. 33. ff. mandati l. 22. C. de fide-  
jussor.

XLVII. Venditor precise rem venditam tradere tenetur, si ejus  
praestanda facultatem habeat, Dom. Arumaus Exerc. Justin. 14. thes. 2.

XLVIII. Ab emptionis venditionis contractu licitum non est  
cum arrharum dispendio resilire, nec obst. l. 17. C. de fid. instru. pr. Inst.  
de Empt. & Vend. l. 2. C. quando lic. ab empt. reced.

XLIX. Merces locationis conductionis in pecunia numerata,  
principaliter consistit, l. 5. §. 2. ff. praescript. verb. l. 1. §. ff. de poss.

L. Famulis, qui ante finitum locationis conductionis tempus,  
absque justa causa discedunt, merces non debetur.

LI. Scriptura non est de essentia contractus emphyteutici: quia  
scripturae interitus non destruit Emphyteusin, l. fin. C. de iure  
Emphyt.

LII. Pactum ut ad heredes transeat Societas, non valet, l. 59. ff.  
pro soc.

LIII. Creditor particularem solutionem admittere non tene-  
tur, l. 41. §. 1. ff. de usur.

LIV. Acceptilatio juris civilis est, §. 1. inst. quibus mod. toll. oblig. l. 77.  
ff. de R. I.

LV. Is, cujus ope consilio furtum factum est, semper dupli acti-  
one tenetur, nunquam quadrupli, l. 34. ff. de furt. l. fin. C. de Nox. act.

LVI. Qui damnum suo corpore dedit, is non semper ex Lege  
Aquila tenetur, l. 7. §. 3. ff. ad L. Aquil.

LVII. Illi, qui damnum providere & periculum evirare potuit,  
actio L. Aquiliae non est danda, per text. expr. in l. 28. §. 1. ff. ad L. Aquil.

LIX. Qui alicui suum non exhibet honorem injuriarum non  
tenetur; Bocer. per l. 13. §. 4. ff. de injur. & fam. lib.

LIX.



LIX. Statuto induci non potest, ut credatur testibus juramen-  
ti religione non arctatis, *c. nuper nobis 51. extr. de test.*

LX. Inutilis est plane despositio testis, cui iudex aut commissa-  
rius, parte inscia, permittit testimonium dicere, sub eo tantum  
iuramento, quod prius suo domino præstitit, *Myns. cent. 2. observ. 3.*

LXI. Iudex secundum leges iudicabit, non quod ipsi opinio  
suggerit, *in pr. Inst. de Off. Iudic.*

LXII. Iudex non aliter præjudicia sequi potest, nisi in terminis  
prorsus comparibus sit iudicatum, concurrentibus iisdem quali-  
taribus & circumstantiis, *l. 3. C. de Aediti: privat. l. 38. ff. de LL.*

LXIII. In iudicio, in quo simpliciter & de plano ac sine strepi-  
tu & figura iudicij procedetur, Citatio, præstatio iuramenti de  
veritate dicenda, necessaria & clara probationes & legitimæ de-  
fensiones, contradicentibus partibus nullatenus omitti possunt,  
*per Clem. saepe tit. de V. S.*

## Positionum Feudalium.

**R**egalia sunt jura soli Imperatori Romano propria in signum  
supremæ eminentiæ & imperij utilitatem tributa, *Boc. in tract.  
de Regal. c. 1. n. 1.*

2. Suntque vel Majora sive Majestatis, vel Minora seu Fisci.  
*Dn. Hunn. disp. feud. 5. thes. 17.*

3. verum nec his, nec illis jus venandi annumerari potest, *Harp.  
ad S. fere 12. & 15. n. 144. I. d. R. D.*

4. Constitutio feudi propriè sic dicta in duobus consistit, in  
conventionem & successione feudali, *Dn. Hun. disp. feud. 6. th. 5.*

5. Feudo Legato heres ad præstationem æstimationis Legata-  
rio non tenetur, *Rosenthal. in synop. feud. c. 7. conclus. 12. n. 10.*

6. Legitimati per subsequens matrimonium à feudali successio-  
ne remouentur, *tit. 26. §. Nat. l. 2. Feudor.*

7. Deficientibus descendentibus in successione feudali, non  
ascendentes, sed collaterales regulariter admittuntur, *tit. 50.  
lib. 2. F.*

§. Fœmi-



8. Fœminæ in feudis succedere prohibentur. Hoc vero non obtinet in feudo fœmineo, & illo, quod hac conditione datum, ut fœminæ succederent. *tit. 1. §. 3. lib. 1. F. tit. 11. & 50. lib. 2. F.*

9. Sed ita demum fœminæ ad successionem feudi admittuntur, si omnes masculi ex primo acquirente defecerint. *tit. 8. §. filia lib. 1. F.*

10. Fœmina in successione feudi semel exclusa in perpetuum manet exclusa. *tit. 6. §. 1. lib. 1. F.*

11. Clerici itidem ad unum omnes à feudi successione remouentur. *tit. 30. & 36. lib. 2. F.*

12. Idem etiam obtinet in monacho. *tit. 21. tit. 30. lib. 2. F.*

13. Furiosi itidem & mente capti in feudis non admittuntur: nisi feudum sit francum & à seruitiis planè liberum. *tit. 36. lib. 2. F.*

14. Claudat illud, an hi, qui vitio aliquo corporis laborant, & ob id ad feudalia præstanda seruitia sunt inepti, (qua etiam de causa à successione feudali repelluntur) si casu fortuito tales sint facti ad feudi successionem, sint admittendi? Negatur, *per tit. 36. lib. 2. F. tit. 6. lib. 1. F.*

#### COROLLARIA.

- I. An Canon hic Logicus, Cui genus, ei & definitio generis competit, in jure etiam nostro semper sit verissimus? A.
- II. An Jctus in definiendo ad Logicorum regulas sit adstrictus? A.
- III. An, qui veram utilitatem & accuratum modum cognoscendi spectat, ipsam rationem definiendi non spectet? N.
- IV. An nomina diversa diversos habeant effectus? N.
- V. An prudentia præstet virtuti morali & quidem particulari? A.
- VI. An ad prudentiam adipiscendam necessariò historicum studium requiratur? A.
- VII. An prudentis sit indistincti obsequi omnibus legibus in aliquo loco latis? N.
- VIII. Num justitia diverso respectu & causa & effectus LL. dici possit? A.
- IX. Melius ne dominari legem, quam hominem? A.
- X. An Princeps sit propter subditos, & subditi sint propter Principem? A.
- XI. An Jctus, ut Jctus sua principia demonstrare teneatur? N.
- XII. Num futurus Politicus Artium ac Philosophiæ cognitionem habere debeat? A.
- XIII. An Jurisprudentia sine notitia præcedentum Facultatum cognosci possit? N. v. Christ Ehem lib. 3. de princ. Jur. c. 3.

Soli Deo Gloria.



Wittenberg. Diss., 1613/23

ULB Halle

3


002 673 304



V. 17











1998.

DISCEPTATIO  
CONTROVERSARUM  
Positionum  
JURIS LEGALIS & FEUDALIS,  
*Quam*  
D.A.

1616  
1617  
17

PRÆSIDE  
Dn. Christiano Krembergero  
J. U. D.  
*Ventilandam publicè exhibet*  
JOHANNES COLBIUS Saganâ Silesius,

Ad diem 12. Aprilis horis matutinis  
in Auditorio Jctorum.



WITTEBERGÆ  
Typis Iohannis Gormanni

ANNO M. DC. XVI.

